



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 65. Alia Scipta Romæ proscripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. Historiam deprædicarent, imo ipse e.
A. C. 1609. tiam Perronius, Aquaviva, Viscontius,
Sfortia aliisque eruditissimi Cardinales
in suis ad Thuanum epistolis hujus Historici Annales commendabant: Scrip-
pferat quoque idem Perronius ad Thua-
num, quod Paulus V. hujus Historie proscriptio-
nem sollicitantibus responde-
rit, caverent, ne *ipsis expobretur*, quod
operis præstantiam & piam Authoris inten-
tionem non introspexerint. Præterea il-
lum magni faciunt Acatholici, mutua
fricatione vices eidem reddentes; ex
quibus Langletus ipsum deprædicat tan-
quam sincerissimum, & ex Scriptoribus
Sæculi XVI. exactissimum, qui tantum
supra vulgus Historicorum fide, judi-
cio, probitate & moderatione eminet,
quantum genere & sanguine officiique
auctoritate plebem promiscuam supera-
verat. Merito tamen carpendus vi-
detur quod nimia libertate usus sit, ac
potissima ex Acatholicis, quibus ejus
Historia ex integro probatur, relictis
Catholicis Scriptoribus deflorarit, in-
que vertendis nominibus propriis ni-
mium exactus obscuram reddiderit Hi-
storiam suam. Ita nempe ad genium
Lectoris habent sua fata libelli.

§. LXV.
Alia Scripta Romæ proscripta.
Eadem

Rigault cont.
Thuan. l. 2.
pag. 266.

XVIII.
pse e-
ontius,
inales
us Hi-
Sci-
Thua-
istoria-
ponde-
. quod
inter-
rea il-
nutua-
s; ex-
at tar-
oribus
antum
judi-
ninet,
ciique
apera-
s vi-
fit, ac
s ejus
relictis
t, in-
is ni-
it Hi-
enium
ta.
adem

Eadem censura pariter involvebatur Sæc. XVII.
libellus quidam, cui titulus *Are-* A. C. 1609.
sum contra Joannem Castellum Scholasti-
cum, seu sententia Parisiensis Curiæ ad- Rigault. l. c.
versus hunc Regicidam: Inquo enim Alegambe
tum animo ferebant Censores Romani, Bibl. Script.
quod Parisiensis Senatus opinionem Soc.

Joannis Castelli damnarit, afferentis,
quod Henricus Francicæ Rex, etsi ab Epi-
scopis Ecclesiæ reconciliatus suam hæresin
ejurasset, vere tamen Ecclesiæ conjunctus
dici nequeat, usque dum a summo Pontifice
absolutus fuerit. Anno tamen sequenti
Rege penitus in Sedis Apostolicæ gra-
tiam recepto iidem Censores novum la-
dicem typis edi curarunt, in quo cen-
sura adversus hunc libellum supprime-
batur. Eodem anno Lectio tractatum
septem Joannis Marianæ e Societate Iesu
urgente Philippi III. Catholici Regis
Oratore a Paulo V. suspensa fuit: De
causis vero hujus censuræ varium est
Scriptorum judicium; referunt enim
nonnulli, quod Mariana in tractatu *de*
Monetæ mutatione, cum acrius corrup-
telam sui temporis perfstrinxisset, hanc
procellam in se concitarit: alii censem
quod in tractatu *de immortalitate Socie-*
tatis, cui addiclus erat, sententiam ad-
versus FF. Prædicatorum doctrinam
circa gratiæ efficaciam immoderatus
propugnarit, cum tamen hujus litis

Dd 5

con-



Sæc. XVII. controversiam post Apostolicum suspen-
A. C. 1609 sionis decretum refricare, inhibitum suil-

set: Denique addunt alii, veram hujus censuræ caussam exstitisse, quod hic Author Sanctum Jacobum Majorem in Hispaniam venisse propugnarit, adver-
sus opinionem Cardinalis Baronii: id vero minus probabile videtur; hujos enim Cardinalis judicio adversari, num-
quam piaculum fuit. Eodem hoc an-
no Romæ damnata est querela seu affio
Antonii Arnaldi contra Jesuitas.

§. LXVI.

Parisiensis Facultatis Theologica op- positio contra Jesuitarum Scholas.

*Argentre
collect. Jud.
tom. 2.*

Enimvero Henricus IV. Galliarum Rex
Societatis Patribus Scholas suas a-
periendi facultatem concederat: nihilo-
minus Parisiensis Senatus Regias hanc
literas fraudulenter fuisse ab ipsis ex-
tortas autemans, eas ad acta referre ne-
gabat: Insuper urgente Edmundo Ri-
cherio Facultatis Theologicæ Syndico
die septima Novembris habito conventu
omnes Doctores decreverunt, quod Ca-
thedralæ Theologicæ, quam Jesuitæ con-
tra omnia Academiæ statuta nuper a
Rege impetraverant, & suæ Societati
privatim addici curarunt, totis viribus

fele